



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

[Sanctissimi Domini Nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papæ VIII.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
**DOMINI INNOCENTII**  
 DIVINA PROVIDENTIA  
 PAPÆ VIII.

Regulæ, Ordinationes, & Constitutiones Cancellariæ, scriptæ & correctæ in Cancellaria Apostolica.

1. **H**EC RUBRICA in quolibet verbo deberet ponderari, quia Rubrica est de textu *Bart. in l. Imperat. ff. de iudic. addit. glo. in verb. Titulus in Proemio Sexti.* Ideo valet argumentum à significatione Rubricæ l. 1. §. *Hæc verba, quod quisq. jur.* Hoc tamen non est verum in Rubricis Decretorum: quia non sunt authentica *secundum DD. in diversis locis, & sufficit glo. in Rub. cap. charta 3. 4. 9. qua*
2. intelligo verum quando est contraria textui, ut ibi, alias *secus, & sic intelligi gloss. in cap. sacrificium de Consecrat. dist. 2. & c. volumus §. dist. Et cum Rub. possem allegare tam de jure Canonico, quam Civili multas gloss. & dicta Doctorum: sed quia non faciunt ad propositum, pro nunc omittam.*
3. Sed hæc volui dixisse: quia hic ponuntur ut diversa, scilicet, Regulæ, Ordinationes & Constitutiones, quarum significationes sunt diversæ, licet videantur idem significare *arg. l. si idem C. de Condi. cum gloss.* Nam similia vocabula quæ ad invicem differunt, nunquam differunt sine magno mysterio, ut dicit Baldus in l. ex legato C. de legat. per d. l. si idem.
4. Sed existit Rub. sequitur, quod Constitutiones hic contentæ non solum debent observari in Cancellaria & in Curia, sed in universo Orbe acceptis illis quæ concernunt expeditiones litterarum, quæ non sunt clausæ indistinctæ, ut infra dicam. Et dicuntur Cancellariæ, id est Justitiæ, ut infra subjiciam & unumquodque verbum hic positum deberet ponderari. Tamen nolo multa allegare, sed tantum aliqua facientia ad casum *Falsis & glo. in cap. tales 23. dist. & cap. fin. de ætat. & qual. maxime pro tanta Curia, ubi verba inter litteratos dicuntur pauca & compendiosa, & sic debet fieri de jure arg. cap. diffiniunt in si. 27. quest. 2.*

COMMENTARIA IOANNIS ACHOKIER

S. D. N. Dom. Innocentii D. P. Papæ VIII. ) Adverte Lector non tam esse Regulas Innocentii VIII. quas hinc Commentariis sive Scholiis illustro, quam Pauli Optimi Maximi Pontificis hodie Remp. Christianam summa cum prudentia & laude gubernantis: quippe quod in plerisque recessum est ab Innocentii Regulis de quo jam te pramonui Epistola liminari, & porro sigillatim ostendam operis progressu.

Rubrica est de textu ) Rubrica sui natura, inquit Alciatus, ad subsequentem sententiam referuntur, & ideo in dubio restrictionem declarationemq; ab eo patiuntur ff. de hæ. instit. sicuti enim una pars legis aliam declarat, l. sed & posteriores ff. de leg. & ex precedentibus sequentia explicantur l. si servus plurimam §. fin. ff. de legat. 1. ita ex titulo sive ex Rubrica lex ipsa interpretationem accipere potest Alciat. ad l. 1. ff. si. cert. per. quando tamen lex vel textus generalior est Rubro, non debet restringi per rubrum gloss. in Auth. de Incest. nupt. in pr. Illicitas col. 3. Præles in locis leg in loco à Rubro ad nigrum, ubi non scribit quod omnes Rub. consonantes textui allegari possunt. Bald. in Rub. Cod. An servus ex suo facto & quidem allegari pro decisione Bart. in Rub. quod quisque fa. glo. in Procem. Sexti §. nos ad apicem Roma. conf. l. n. 6. l. 1. ubi glo. & Bart. C. de cap. civi. cen. exi. l. 1. alex. consil. 1. vol. 4. & consil. 89. col. 2. vol. 6.

Quia non sunt Authentice ) & ideo ab illis non licet arguere Anto. de but. l. 1. in Procem. Decret. Præles dicto loco.

Sunt diversæ ) Non desunt qui Regulas ad expeditiones litterarum in Cancellaria faciendarum referant: Ordinationes vero & Constitutiones ad ea que prout contentiosum respiciunt. Ego, tam ea que litterarum expeditionibus, quam que iudicii modum & normam dant, Regula appellatione contineri puto. Nam Regula nihil aliud, quam norma quâ linea dirigitur, quasi ad mensuram regens, quoniam significatio Regulam capie Columella, Vitruvius, aliq; Metaphoricos, pro ordine: ex eo quod regat, & ordinem modumq; præbeat cap. Regula dist. 3. Et hæc omnis lex & Constitutio Regula dici potest, utpote quia regit & bene videndi ordinem dat. Quid vero Ordinationes designent si quaris, dicam ipsas Constitutiones & Regulas appellari jam in ordinem certum redactas. Ordinarum enim dicitur τῶν αἰσθητῶν, quod est rectè atq; ordinare constitutum: quod & in his Regulis deprehendimus, ut rectè noster notat Alphonsus, Nam prima earum parte tractantur maxime de Reservationibus Apostolicis tam generalibus quam specialibus ad Reg. usq; xxvii. à qua Regula ad xlvi. agitur de litteris Apostolicis expediendis, cum à dicta Reg. xlvii. usq; ad Reg. lvi. continentur variæ Constitutiones

REGULARIUM  
COMMENTARIA  
REGULARIUM  
CANCELLARIÆ  
POLICIA

iones de dispensationibus apostolicis impetrandis: & postea à Reg. lvi. usq. ad LX. tractatur de Indulgentiis Apostolicis concedendis & obtinendis. Deniq. à lxi. Reg. usq. ad finem de beneficiis vacantibus & certo modo vacaturis per Papam conferendis.

**E** Sed ex ista Rub. ) Considerata scilicet persona Innocentii VIII. Regulae huius constituentis. Nam ex persona Conditoris metimur legem esse generalem vel specialem cap. fin. de Constit. in 6. Nec obstat quod dicantur Regulae Cancellariae, quasi ponderata voce Cancellaria, Regulae istae sint locales, sive certo loco, nempe Cancellaria Rom. circumscripta. Quia respondeo hic appellari Regulas Cancellariae, vel quia bona illarum pars concernit litterarum expeditionem quae in Cancellaria expeditur, vel quia eiusmodi Regulae in Cancellaria publicantur & regule consignantur, idq. auctoritate eius qui legis in ipso terrarum Orbe potestatem habet: atq. ideo vim obtinent legis universalis l. i. ff. de Constit. Princip. Dominia, in cap. fin. per illum text. de her. in 6. Statim post publicationem in Curia, Capella Tholos. quaest. 444. Felii, in cap. quod super his n. n. de fide instrum. ubi etiam scribit Regulas Cancellariae non comprehendit Cardinales, ergo alios, quia exclusio unius, est inclusio alterius, l. Cum praetor ff. de Jur. Et quamquam non desint qui existimant Regulas istas inducere tantum jus particulare, quos late recenset Lud. Gomes: in Procem. Reg. Cancellariae cuius regulas reassumit Mascard. tractat. de Probat. conclus. 257. incip. Cancellariae Regulas probare, attamen crebrior certiorq. est opinio existimantium illas inducere jus universale: quod ipsum probat idem Gomesius Rote auctoritate ac consensu juris Auctoribus, quos ipse recenset in d. Procem. quaest. 2. verl. In contrarium num. 4. Ut tamen huiusmodi Regulae ligent & in iudiciis faciant sui extra Curiam, debent prius impetrari à Vicecancellario seu Cancellariae Regente & Regula 27. infra de Regulis Cancell. producendis; & deinde produci in actis, Mascard. tractat. de Probat. dicta conclus. 257. nu. 13. aliis secundum ordinem nempe Papa non ligent, & sententia lata vigore earum esset nulla quantumvis nota essent, ut scribit noster Alphonsus ad Reg. 26. etiam si haberent Decretum irritans & creberrimè Judicibus allegentur, ut ex Felii. in c. i. de Re. jud. respicit Gomes. ad Regul. de Annali quaest. 4. quod demum praeter Alphonsum concedit Auctor Analijt. Commentarii ad Regul. de Idiomatico sive de Annali possessore n. 136. de dubiis & ignotis Regulis, non ijs autem quae glossis tantum Doctorum sunt illustrata & explicata, per not. Panor. Felii. & DD. in cap. Pastoralis de fide instrum. quales sunt Regulae de Annali, Triennali, de Recandis, & similes, quae à plusculis Jurisconsultis discussae & Commentariis exploratae sunt. Unde non videntur egere alia productione ad instar extraneorum publicorum & notarum, quas ignorare non licet, & contra quae lata sententia nulla Bald. in l. leges sacratissimae num. 4. C. de legib. Mandos. secus tamen unam opinionem ad Reg. 28. de Reg. Cancellar. produc. quaest. 1. verl.

Tertia opinio. Licet idem Manos. postea nu. 4. priorem opinionem veriorum scribit, nimirum quod indistincte Regulae sive notiores, sive non, producenda sunt forma in dicta Reg. 28. servata, alias sententiae contra eas latae subsistunt, ut probat auctoritate Auctor. Felis. Cassad. Gomef. & aliorum.

Regulae vero quae non sunt de dandis & quae litterarum tantum expeditionem in causa faciendam respiciunt, jus universale non constituunt, nec solent impetrari aut promitti & partibus petentibus dari, utpote quae restricta sunt ad certum & particularem effectum & locum, talesque vim constitutionis specialis obtinent, nec extra curiam ligantur ut supra, & latius scribit noster Glossographus ad Regul. XXVI. de Regularum Cancellariae producendis. Interea non existimandum est dictas Regulas, quae minus celebres sunt, quaeq; Doctorum Commentariis haud illustratae sunt, plane inutiles & spernendas esse: siquidem quatenus in commune vel ordinarium juvant, rationabiliter admitrendae sunt, & in causis decidendis usurpanda, quo minus a jure communi, & disciplina Ecclesiastica recedatur, Auctor Analijt. Comment. ad Reg. de Annali num. 112.

IN PROOEMIUM  
ARGUMENTA.

- 1. Dicitur videlicet, quid importet, & nu. 18.
- 2. Recurrendum ad Registrum ubi dubitatur de aliqua Decretali.
- 3. Papa dicitur assumptus tempore electionis etiam ante coronationem, quod limita ut nu. 4.
- 4. Non dantur supplicationes signatae per Papam in Conclavi, nisi post coronationem. hodie non signantur amplius in Conclavi supplicationes, nec ante coronationem ut n. 19.
- 5. Regulae Cancell. quando incipiunt ligare, & nu. 19.
- 6. Verbum extunc quid denotet.
- 7. Regulae Cancell. an durent post obitum Conditoris.
- 8. Beneficia familiarium Card. vel Papae, quae per illorum obitum vacant sed vacante, an sint reservata?
- 9. Reservatio Papae & Legati differunt.
- 10. Quidsi vacante beneficio expectas illud acceptarit, & post mortem Papae intra tres menses ad insinuandum, velfaetam ipsi provisionem?
- 11. Vicecancell. potestas & auctoritas.
- 12. Vicecancellarius alias Bibliothecarius, alias Quaestor nuncupatur.
- 13. Vicecancellarius dicitur Praeses Justitiae.
- 14. S. Laurentius fuit Camerar. Papae.
- 15. Papa solus Cancellarius Christi & num. 22.
- 16. Vicecancellarius signat bullas veno L. & quare? & num. 22.
- 17. Potestas dictionis videlicet.
- 18. Pontifices non amplius signant supplicationes in Conclavi.
- 19. Regulae Cancell. quando incipiunt ligare.

A 1, piana

REGULARUM  
CANCELLARIAE  
ARGUMENTA